

www.e-rara.ch

Systema philosophiae universae

Hespelin, Oswald

Weingarten, 1762

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRI 221,11

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35220>

Ontologia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



XVII.

Methodum contra receptum Scholasticorum calculum quartam & summe necessariam mentis operationem constituere.

XVIII.

Denique Logicam esse artem & scientiam, speculativam & practicam.

Metaphysica.

§. 21. **A**Ndronicus Rhodius in recensione librorum Aristotelis eos in tres classes distribuit, in dialecticam, ethicam & physicam. Reliqua, quæ superabant, quæve minus cohærebant, seu nulli Philosophiæ generi apta erant, in unum corpus collegit, & post *physica* ex etymologia nominis *Metaphysicæ* posuit. Hæc præclara Peripateticorum *Metaphysicæ* initia erant, quando facta sunt novissima pejora prioribus. Hodierna longe alia est a veteri *Metaphysicæ* facies; est enim *scientia primorum principiorum, entis & mundi in genere, rerumque immaterialium*. Dividitur in *Ontologiam*, *Cosmologiam*, *Pneumatologiam*: hæc in *Psychologiam* & *Zoologiam*, & denique in *Theologiam naturalem*: adeoque partes nobilissimas habet, quibus ex ordine studuimus.

Ontologia.

§. 22. **H**Æc disciplina est *scientia primarum veritatum, entis & generalium ejus adfectionum*. Primo igitur stabilivimus *principium contradictionis*, & reliqua quæ ex hoc ducuntur axiomata. Planiore deinde contradictionis notionem dedimus, una & notiones possibilitatis, impossibilitatis, & existentia. Quid sit ens, quæve ex ejus notione fluant veritates. Hisce subjunximus *principium rationis sufficientis*. Quod excipiebant essentia *Metaphysica*, notio *necessarii*, & entis proprietates, quas vacant, *transcendentales*. Defendimus ex his:

Quid docendum in Ontologia circa ens in genere.



XIX.

Certum esse principium: nihil fieri sine ratione sufficiente, cur potius sit, quam non sit.

XX.

Possibilitatem esse rebus intrinsicam.

XXI.

Ens univoce convenire Deo & creaturis.

XXII.

Existentiam nil esse distinctum ab ipsa essentia existente.

Circa pro-
prietates en-
tis.

§. 23. Post hæc discussimus proprietates entis essentielles & modos. De identitate, diversitate, similitudine, æqualitate, & singulari seu individuo. Principium individuationis seu Scholæ *hæcitatem* statuimus in omnimoda rei determinatione. De differentia generica, specifica, numerica, & distinctionibus. Quid sit ens absolutum, contingens, hypothetice necessarium, quantitas, qualitas, totum, partes, magnitudo, intensio & remissio &c. Hæc exceptit principium indiscernibile: *non dari duo perfecte similia: & quæ in omnibus similia noscuntur, esse eadem non re, sed nomine tantum distincta.* Tum diserebamus de entibus permanentibus & successivis, de ordine & confusione, de perfectione, pulcritudine & deformitate, adnexis semper regulis & axiomatis inde fluentibus. Denique de spatio, loco, duratione & tempore. Frequentius vix vitium, in Scholâ præsertim invenitur, quam ut rebus adtribuuntur, quæ in conceptibus solum & ideis existunt; quare *entitulas & qualitates Peripateticas* ubique sollicitè eliminavimus. Diximus autem de distinctionibus, quod

XXIII.

Virtualis intrinseca, formalis ex natura rei, & virtualis extrinseca consistant in mera logomachia, & litigantes non sensu, sed verbis tantum discrepare.

XXIV.

Ordinem definivimus, esse *similitudinem variorum.*

XXV.

Nec locum, nec spatium, nec tempus esse quidquam positivum.

§. 24. Postquam de ente & adtributis ejus in genere lo- Circa com-
 quuti sumus, incepimus de ente composito, completo, incom- posito & ejus
 pleto & subsistentia. Item de adfectionibus compositorum, de proprieta-
 mensura, magnitudine, extensione, figura, motu, divisibilitate, tes.
 continuo &c. de essentia, orru & interitu compositorum. De
 forma & materia, objecto & subjecto. Quid sit *esse* in subje-
 cto, quid *inhabere* subjecto. De notionibus substantiæ, modo-
 rum & accidentium. De penetratione & replicatione compo-
 sitorum. De ente simplici & ejus proprietatibus. Quid sit pro-
 duci, creari, generari, corrumpi, adnihilari, mori, modificari,
 limitari, mutari &c. Quid sit finitum, infinitum, indefinitum,
 status entis, actio, passio, potentia &c. Substantiam, ut eam di-
 scernamus ab essentia, definimus esse *ens vi agendi propositum*. Ex
 quibus colligimus:

XXVI.

Materiam & formam Peripateticorum constituere ne qui-
 dem essentiam Metaphysicam compositorum; multo minus phy-
 sicam.

XXVII.

Non dari accidentia *absoluta*, nec penetrationem, nec re-
 plicationem, nec in creaturis infinitum.

XXVIII.

Spinozæ definitionem substantiæ esse falsam & impiam.

§. 25. Ultimo egimus de causis efficiente, morali, finali, Circa caus-
 formali, materiali, ideali, effectibus & signis, cum principiis sas.
 ex iisdem deductis. Litis materia esse posset, quod

XXIX.

Causa finalis sit vera causa, non vero materialis & for-
 malis.

Cosmologia.

§. 26. **S**cientiam mundi in genere vocamus Cosmologiam, quæ Quid docen-
 de metaphysicis mundi proprietatibus agit. Quare dum in cos-
 ab exordio statim distinctam mundi definitionem de- mologia cir-
di-
ca mundum